Hermannus pius presul Coloniensis XXIII.

cat. III. Vicesimo tercio loco sub[z)] prefato Arnolpho necnon Ludovico III. Conrado I.[+] necnon Heinrico[a)] I. imperatoribus sedit in episcopali[b)] cathedra Coloniensis ecclesie venerabilis presul[c)] Hermannus cognomento[d)] pius 35 annis, in dicta s. Petri ecclesia tumulatus.[++]

Witfridus[e)] archiepiscopus Coloniensis XXIV.

Vicesimus quartus ascendit ad cathedram pontificalem[f)] Colo-
cat. III. niensis ecclesie sedens sub Heinrico primo supradicto necnon sub Ottone I. imperatoribus[ff)] [+++] annis 25[15] venerabilis presul Witfridus.[x]

Bruno I. Coloniensis pontifex XXV.

Vicesimo quinto loco ordinatus est ad Coloniensem ecclesiam
cat. I. cf. II. III. venerabilis archiepiscopus[g)] Bruno primus, seditque sub dicto Ottone primo et magno, cuius quidem erat frater[h)] germanus, annis 12. Hic dum Otto imperator[i)] supradictus[k)] moram faceret in Italia[l)], recepta ab ipso per imperatore procuratione Galliarum et provinciarum cisalpinarum[m)] latrocinantibus fortiter Francigenis intulit bellum et adepta victoria cepit urbem insignem Parisiensem et ipsam thesauris copiosis spoliavit.[xx] Idem etiam Bruno archiepiscopus ducem Lotharingie[n)] latrocinantem bello victum in vincula[nn)] coniecit et iudicio fratris sui imperatoris reservatum ab eodem ducatum Lotharingie per sententiam dicti[o)] imperatoris et principum acquisivit et Coloniensi ecclesie applicavit, cum ante hec sua[p)] tempora archiepiscopi Colonienses sui antecessores non iudicio gladii temporalis, sed tantummodo iurisdictione usi fuissent baculi pastoralis.

[15] Wicfridum annis 29 cat. I. annis 28 cat. II. sedentem faciunt. Sedit 925–953.

[+] a. d. 889 add. 6 (A6'). [++] a. d. 924 add. 5. [+++] a. d. 924 add. 6 (A6'). [x] add. 5: a. d. 953. add. 6: Iste Wycfridus fuit de Iuliaco et erat frater Godefridi, quondam comitis ibidem (Iuliacensis 6). [xx] In cod. 2 superscr. al. man. et comburens eam. Eadem ut videtur manus add. in marg.: Hic Bruno corpus s. Evergisli Coloniam deduxit et ad s. Ceciliam collocavit.

z) sub deest 3. a) Henrico 2. b) in episcopatu 4. 4'. 4". c) presul deest 4. 4'. 4". d) cognominato 1. 3. 4. 4'. 4". e) Wyffredus 1. Wytfridus 2. f) pontificalis dignitatis 4. 4'. 4". ff) sedit in episcopali cathedra Col. eccl. denuo add. 1. g) episcopus 3. h) et add. 4. 4'. 4". i) imperator deest 4. 4'. 4". k) frater supr. 4. 4'. 4". l) Italia 2. m) transalp. 2. n) Kunonem add. 2. 4'. nn) et vincola 3. o) dicti deest 1. p) sui 2.